

cracovienses & eius Successoribus perpetuo nomine Cracoviensis Ecclesie sine om-
 ni difficultate etiam nobis irrequiritis persolvant integraliter, ac sine diminuti-
 one decimam de moneta. Ut si quis hanc solutionem impedierit vel retardaverit
 possit eam. Episcopus Ecclesiastica Censura coercere secundum terminos non
 partium nobis vel nostris Successoribus solvendarum. Hac omnia & singula
 promissimus concessimus & donamus Advocatis & eorum heredibus in perpetuum.
 Item Civibus Civitatis & eorum Successoribus a nobis & nostris succedantibus in per-
 petuum inviolabiliter observanda. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostram
 concessionis donationem & promissionis paginam infringere vel ei ausu temerario
 contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Dei omni-
 potentis & beatorum Martyrum Stanislai & Venceslaj & nostram se noverit
 incursurum. Ut autem hac omnia nomen perpetuum obtineant pntibus nostris Sig-
 illum & Venerabilis patris nostri iam dicti Prandote Dei Gratia Cracovi-
 ensis Episcopi & Capituli eiusdem Ecclesie nostrorumq; Baronum Comitis Ade-
 Castellani Necon Comitis Nicolaj Pallatini Cracoviensis duximus appendenda.
 Acta sunt hac in Colloquio iuxta Villam quam Koporzina. Vulgariter appellatur.
 Anno Incarnationis Christi Millesimo Dvcentesimo quinquagesimo Septimo.
 Nonas Junij pntibus Venerabilij in Christo nostro iam dicto Prandote Episcopi Crac-
 oviensi et prefato Comite Adam Castellano Cracoviense Fulcone Cancellario
 nostro dicto Comite Nicolao Palatino Cracoviensi Comite Joanne Wdace Sando-
 mivien Comite Nicolao Wdace Cracoviense Comite Warzone Dapifero Sandomi-
 riensi Assata Preposito Scarbimiriense Prardoslao Subcancellario Civitatis nostrae.

**PRIVILEGIUM DUCIS
 WLADISLAI SUPER
 PONTEM PER FLUMEN**

VM WISLA INTER CASI- MIRIAM ET CRACOVIA COSTRYE

Notuerint Vniuersi ad quos deuenerit presens scriptum.) END.
Quod nos.

Wladislaus DEi Gratia Regni Poloniae Craconiae, Sandomiria Sira-
diae, Lancitia, & Crania Dux Considerantes animo compassino dif-
ficilem & granem transitum multorum pauperum hominum transenn-
tium per aquam Wislae prope Castrum nostrum Cracouien. Et dicitur tran-
situs periculosus per nos ualeat amoueri Dilectis fidelibus nostris Ci-
uibus Cuitatis nostrae Cracouiensis gratuito conferimus damus per-
petuo & donamus Navigium nostrum ibidem per aquam Wislae libere
pacifice, & quiete possidendi, tenendi, habendi. Ita tamen quod de prouen-
tibus dicti Navigij pontem transpraefatum fluminem Wislam construere
debeant, & parare, & semper quando necesse fuerit in omnibus fra-
tibus emendare. Praeterea dictum Navigium praedictis Ciuibus nris
taliter contulimus & dedimus, quod nulli militum nostrorum nec Pal-
latinis nec Castellanis, nec Canonicis, nec Plebanis nunquam aliquam
de ipsis soluere debeant sine dare. In cuius donationis nostrae euidenti-
am & robur ualiter presentes ipsis contulimus nostri Sigilli appensio-
ne roboratas. Datum et Actum Craconiae tempore Consiliariorum
Cuitatis nostrae Cracouien Heinrich de Wiczburck Petro Maunich
Wilelmo, Nicolao de Zarichost, Wigando & Amileio de Munchow An-
no domini Millesimo Tricentesimo quindecimo. Sabbato proximo an-
te Dominicam factus est Dominus.

PRIVILEGIUM REGIS CASIMIRI DE NYPCIS